

## Aduertencias para

Religionis quibus non videtur esse concessam eiusmodi benedicendi corporalia facultatem, sed illi solum qui propter absentiam, vel carentiam Prioris, vel Guardiani eliguntur, seu instituuntur, ad presidendum, & ad habendum principale regimen, prout in simili casu tenet Collector in Comp. verbo Vicarij. Tertio, quod colligitur est, quod non solum possunt benedicere supradicta, & corporalia pro suis Monasterijs, sed etiam pro omnibus vndecunq; sint. Et sic per participationem possunt, & alij participantes prout aduertit per Gracia Collector privilegiorum ordinis Diui Hieronymi, & dicitur Alphonsus de Cassarrubius. Hoc autem magnum privilegium est. In nostro enim ordine in cap. Meclinensi declaratur, quod Prouinciales, Custodes, & Guardiani, possint benedicere Ecclesiastica solum pro Fratribus, Monialibus, & Tertiarijs, & nullo modo pro alijs extra Ordinem, ait enim, sic enim fuit concessum per Summum Pontificem prout habetur in lib. Monumenta Ordinum in. 1. impressione fol. 227. & in. 2. fol. 246. tractatu. 2. & per predictam concessionem, & alias subsequentens poterunt Guardiani